



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentiss. Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726

VD18 80217915

Consultatio XXIV. Invincibilis: ubi exhibentur prælia impiorum & hæreticorum contra SS. Virginem, & Victoriæ, quas Ipsa reportavit de illis percuncta sæcula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45581

CONSULTATIO XXIV.

Invincibilis: Ubi exhibentur prælia impiorum & Hereticorum contra Sanctissimam Virginem, & Victoria, quas ipsa Reportavit de illis per cuncta secula.



Quidam pictor excellere credebatur omnes alias in efformandis imaginibus Sanctissimæ Virginis, ipsique excellentia consistebat potissimum in tribus. Imprimis erat ipsi imaginandi facultas tam fecunda, tamque vivida, ut quamvis alias non conficeret, nisi hujus generis imagines, nec unicam depingeret bis eadem ratione. Secundò ipse nunquam expingere volebat imaginem ex imagine, nec imitari archetypum alterius; sed semper auctor & inventor erat omnium suarum picturarum; Et ideo nunquam eam formam ullam depingebat, quam viderat jam ab alijs depictam. Et tertio, quando opera sua exponebat luci, omnes rapiebat in admirationem, eo quod singulari esset ingenio, quod suggererebat ipsi inventiones semper novas, & alienas ab eo, quod alij se visuros expectabant.

Singulare ingenium alicujus

Rogabatur is, ut efformaret magnam quandam Sanctissimæ Virginis imaginem, quæ impleret

totam altitudinem alicujus sacelli, quod constructum fuerat ad honorem ipsius: Volo quidem, inqueiebat, sed nolo aliquam mihi præscribi formam, aut ab ullo mihi aliquam dari informationem; juxta meum solus laborabo genium, nec sit, quem ducat curiositas, ut meum aspicere velit opus, antequam id perfecerim: tolerabo illius censores, si ultimam ipsi adjecero manum; sed nolo nec examinatores, nec testes, nec judices, quoad illi navabo operam. Promittitis, quod petebatur ab eo eo, & promittitur similiter ipsi, quod desiderabat.

Exin per horæ quadrantem profundam defixus erat consideratione: Conspiciebatur omnem animi intendere nervum, imò & ex oculis videbatur mihi evomere imaginem: Mox exin includebat se sacello, ut solus laboraret in loco, & supra murum prorsus adhuc recentem, pingebat enim in udo. Per plures menses nemo ipsum videbat; verum nec unicus dies erat, quo horas non numerarent, tantum erat desiderium aspiciendi id,

id, quod fecerat. Expectabant, visuros se aliquod ex mysterijs, quæ celebrat Ecclesia in Festis Sanctissimæ Virginis; nonnulli dicebant: Erit ipsius Nativitas; alij, erit ipsius presentatio in Templo; alij, erit Annuntiatio; & alij, erit triumphalis ipsius Assumptio: unusquisque loquebatur de hoc suo conformiter desiderio.

Sed omnes in stuporem abrepti sunt, quando pictor confectum suum opus produxerat in lucem deduxit sipariam, quo fuerat obtectum, cum nec unicam conspicere liceret figuram, quæ vel minimum Sanctissimam repræsenteret Virginem: Siquidem præter id, quod vel unius signasset faciem lineamentis dulcoris illius Angelici, quibus plerumque illa solet cognosci, & ab alijs discerni, non pinxerat nisi magnum quendam exercitum, qui non solum aspectu erat formidabilis, sed actualiter etiam videbatur maximo decertare cum furore. Non erat is dispositus in phalanges, ut invaderet inimicum, sed videbatur longa admodum series, cujus progressus tanto durabat tempore, ut nullum haberet finem: invadebatur autem à latere omni ex parte à tantâ inimicorum multitudine, ut dici posset, nunquam non ipsum esse in certamine; verum quot certamina reddebat, totidem reportabat victorias: quotquot enim invadere audebant ipsum, mortui cadebant

ad pedes ejus, quos parvi amovebant æthiopes, illósque omnes in magnam quandam projiciebant abyssum & voraginem.

Novum hoc spectaculum oculos attrahebat omnium, sed animos ipsorum dividebat & sensa: aliqui invitati ex eo; quod nil minus viderent, quàm id, quod expectabant, dixerunt: Pessimus hic pictor illustravit nobis, & offensi recedebant inde: alij desuper discurrebant, & cogitabant apud semetipsos: oportet hic aliquod latere mysterium; fortè est aliquod arcanum & artificium optices, abscondens nobis id, quod ostendit, nobisque nil monstrans, quàm id, quod monstrare nobis non desiderat. Est certum quoddam aspectus punctum, cui si nostrum applicarem oculum, prodere videremus ex omnibus hisce diversis figuris, quas credimus esse exercitum, pulcherrimam quandam Sanctissimæ Virginis imaginem. Alij dicebant: Enigma hoc est, quod nobis proponit, quilibet, quam voluerit, ipsi dare potest, significationem; & omnes juxta proprium suum sensum de hoc loquebantur.

Expectabam, quid judicij de hoc ferret, qui dux meus, & lux mea erat nullo non tempore. Quantum ad me, dicebat nobis, ego hic video pulcherrimam, quæ efformari possit, Sanctissimæ Virginis imaginem: hic pictor non invenit ipsam, sed ipsemet Spiritus

G g g g g 3

San-

Sant. 6.

Sanctissima
Virgo bene
depiogitur
velut exer-
citus.

Sanctus illius est Auctor; siquidem
i. a depinxit ipsam jam à longo
tempore in Sacro Carminè: *Ter-
ribilis ut castrorum acies ordinata.*
Quæ idea efformanda est? quibus
coloribus delineanda Amatrix sa-
crata? Quomodo representanda
Spiritus Sancti Sponsa Virgo San-
ctissima? Ipsa tota in pugnam in-
structa est acies; non est ipsa parti-
cularis quædam persona præpol-
lens potentiâ, qualis est Angelus è
caelo, vel sanctus è Paradiso, vel
al quis è potentissimis mundi Vi-
ctoribus; ipsa totus ac integer est
exercitus, tamque potens, ut suo
subjugaverit imperio ipsum Deum,
quamvis Omnipotens sit, & supre-
mus omnium Dominus: *Et eras
subditus illis: Exercitus tam for-
midandus inimicis suis, ut tremore
concutiat omnes potestates infer-
nales, solâ sui enuntiatione Nomi-
nis; exercitus tam invincibilis, ut,*

cùm semper à cæciliis oppugnatus
sit hæresibus, quæ rabidorum mo-
re draconum prodierunt è purco
abusti, ad ciendum illi bellum mil-
lens diversis modis, ipsa has om-
nes suis semper obtrixeit pedibus,
despicabilia velut insecta. Intue-
ri ipsius pugnas, ipsiusque victo-
rias, spectaculum est dignum oculis
DEI, & admiratione Sanctorum
Angelorum.

Vetum est, dicebam ipsi, sed
magnæ adhuc foret argumentum
consolationis, pro totâ hæc socie-
tate, quæ cordi habet honorem
Sanctissimæ Virginis, si compen-
diosè saltem recensere nobis vel-
les tum ipsius pugnas, tum ipsius
victorias: Consentit is votis, &
quilibet nostrum audiendi avidus
resedit, seque præparavit ad au-
scultandum illum magnâ cum at-
tentione: Et ipse ira nobis cepit
loqui.

ARGUMENTUM.

*Ostenditur, quòd ab initio mundi succenderit
DEUS lethale bellum inter Sanctissimam Virginem, & omnes da-
mones, & ipsemet irreconciliabile declaraverit illud.*

ARTICULUS I.

Reduc in memoriam cuncta
elapsa sæcula, primùmque
temporum receptæ origi-
nem, & videbis diabolum, dum
totius naturæ humanæ molitus est
ruinam, invasisse illam primò per
quandam sceminam, cujus imbe-

cillitas ac levitas suggererunt illi
medium mox accendendi rebellio-
ne adversus Deum tam virum,
quàm sceminam: Ex quo ambo
perdiderunt gratiam, & quampri-
mùm maledictionem Dei non tan-
tùm supra se, sed supra totam suam
atraz.

attraxerunt posteritatem; Deus- que æquissimus tante iniquitatis ultor è vestigio exercuit suam tum justitiam, tum misericordiam; mi- sericordiam suam, erga miseriam omnium miserorum hominum, universalissimum & efficacissimum præparans illis remedium, oppo- nens mulierem inter omnes mu- lieres benedictam, omnium mu- lierum infelicissimam: Ecce trium- phum magnæ ipsius misericordiæ: Exercuit quoque justitiam suam erga malitiam dæmonis, condenu- nans illam ad portandum tormen- tum omnium ædiorum benedictæ hujus mulieris, quam ostendit illi tunc velut castrorum aciem ordi- natam contra ipsum: *Inimicitias ponam inter te & mulierem*: Ecce suppliciorum omnium terribilissi- mum, quod æquissima DEI justi- tia ordinavit in poenam delictor- um omnium maximi, quod est, portare totum pondus odij, quo ipsum premet Sanctissima Virgo.

Apage, maledicte dæmon, por- ta, porta in æternum totum pon- dus odij Matris DEI; senties, illud magis tibi fore intolerabile cunctis inferni tui supplicijs. Hem, quid mihi faciet hoc odium? *Ipsa con- teret caput tuum*: Et quomodo id faciet? Caput serpentis primum est, quod insinuare se conatur il- luc, suum ubi intendit evomere venenum; & prima veneni letha- lis gutta, quam maledictus hic ser- pens evomit in omnes animas,

est peccatum originale: Ecce ca- put serpentis; sed illa conteret hoc caput, ipsa enim peccato originali inficietur nunquam.

Caput serpentis infernalis est superbia; siquidem illa est caput insolens, quod elevare is ausus est adversus DEUM, usque in cælum; & hoc fuit initium turpissimæ ip- sius apostasiæ: *Initium superbia* Eccl. 10. *apostatare à DEO*: Sed superbum 7. 14. hoc caput conteretur à profundis- simâ humilitate MARIE. Et quo robore conteretur tibi illud? Id fiet ratione quâdam tibi probro- sissimâ; siquidem ut id conficiat, non suo utetur brachio; non nisi pedis sui, ad opus hoc indigebit, operâ; Tu dignus non es, quem speciosa adeo percutiat manus; imò est nimium adhuc pro te, quod pedem suum tuo dignetur imponere capiti, ad id conteren- dum.

Aspicere aliquam Judith in Hi- storia sacrâ, quæ abscindat caput Holoferni exercitûs Assyriorum Principi, idque includat & abscon- dat in perâ, velut indignum non solum ut vivat, sed ut videatur à viventibus. Aspicere aliquam To- myridem in historia profanâ Hero- doti, quæ superet in bello Cyrum Regem persarum, quæ ipsius cæ- dat exercitum, quæque ipsammet ducat captivum, ac resectum ipsius caput iramitti jubens in magnum quoddam vas sanguine humano plenum, exprobrer ipsi crudelita-

tem suam: *Bibe sanguinem, bibe sanguinem, qui filij matris sanguinem servasti: Aspicere hæc omnia, & plurima alia illustrium foeminarum heroica facinora in historijs relata, non est aspicere nisi tenuem quandam umbram gloriosissimi triumpho, quem potentissima caelorum Regina reportavit de dæmone, dum pede suo ipse contrivit caput: Ipsa contoret caput tuum. Et revelatum est sanctæ Brigittæ, dæmonis timere magis utrumque solum instans indignationis MARIE, quam omnia inferni tormenta.*

s. Brigitta.

Verum ulterius adhuc res desenvolvitur; postquam enim dixerat DEUS prima hæc verba belli intentati declaratoria: *Inimicitias ponam inter te & mulierem; adjunxit sequentia, ejusdem influentia perpetuitatem: Semen tuum, & semen ipsius: Ad insinuandum nobis, id non esse odium quoddam particulare alicujus personæ adversus personam alteram; sed odium quoddam universale & continuum totius posteritatis, adversus aliam posteritatem. Sanctissima Virgo suos habet filios, qui sunt omnes prædestinati, replentes cælum & terram; & Diabolus etiam suos habet filios, qui sunt omnes reprobi, replentes mundum & infernum; sic enim Evangelium nuncupat impios; Vos, ex Patre diabolo estis. Ambo, mox ubi ingrediuntur mundum, amplectuntur sensa, & prosequuntur com-*

Joan. 2. v.
44.

Odium perpetuum posteritatis contra posteritatem.

moda, hi quidem divinæ suæ Matris, & alij detestandi sui Patris, ad continuandum id per cuncta sæcula, quod inceperunt ab initio temporum. Non videbis viros verè bonos, qui non palam profiteantur, se amplecti commoda Sanctissimæ Virginis, defendendo ipsius gloriam, contra insultus dæmonum, & maledictam ipsius progeniem.

Universum cælum concussum est pavore, dum ab initio evasisse levit theatrum horrendi cujusdam belli: *Factum est proelium magnum in celo: totamque naturam Angelicam, velut in duos exercitus se invicem crudeliter oppugnantes esse divisam. Erant hi Spiritus contra Spiritus, & Angeli contra Angelos, quorum alij oblectabantur gloria DEI, & alij defendebant illam; Sed tandem compertum fuit, fuisse hos Angelos optimos, qui præliabantur adversum diabolos pessimos. Similiter univèrsa Ecclesia aspicit cum horrore, per cuncta sæcula fuisse se, & esse adhuc hodie ejusmodi belli theatrum; ubi præliantur acriter Christiani contra Christianos circa gloriam Sanctissimæ Virginis, quorum aliqui opponentes se honori, qui exhibetur illi non cessant deprimere laudes, quibus afficitur, arguuntque pietatem devotorum erga ipsam, quos indiscretos appellant, contemnentis & ludibrio excipientes exercitia devotionis ipsorum;*

Apoc. 12. v. 7.

Pugnæ in celo, pugna in terra.

forum; alij defendunt, exhibendum illi esse honorem maximum religiosum & supernaturalem post eum, qui non nisi soli exhibetur Deo; imò neminem esse posse devotum nimis erga ipsam, & discretissimam, prudentissimam & sanctissimam esse pietatem, ipsius se se devovere servitio: *prolium magnum*, quod jam à tanto tempore duravit, & finietur nunquam.

Sed quinam pugnatore sunt, inter quos committitur hoc proelium? affirmari potest, id committi in Ecclesiâ, sicut in cælo inter Angelos optimos, & diabolo pessimos; Est enim id executione sententiæ pronuntiata ex ore ipsius Dei à mundi initio: *Inimicitias ponam inter te, & mulierem, Semen tuum, & semen illius*: Accendam odium & bellum, hanc Matrem Virginem inter & te, maledicte dæmon, quod extinguetur nunquam usque ad finem sæculorum; eòquod, cum inceptum fuerit in personâ utriusque, continuandum id sit perpetuò in posteritate amborum: Erunt semper devoti erga Sanctissimam Virginem, qui fideles ipsi erunt; Erunt similiter nunquam non filij diaboli, qui oppugnabunt illam ex totis viribus suis: Sed eventus proelii ipsorum talis semper erit, qualis exiit in principio: *Ipsa conteret caput tuum*: prosternetur dæmon, & caput ipsius conteretur à pedibus invincibilis hujus Reginae; Et

R. P. Isaac Consultar. Tom. III.

omnes infelices filij diaboli; qui cum ipso oppugnare illam audebunt, prosternentur ac conterentur abjectissimorum more serpentum, quoad hæc stabit inimicitia: & ita semper erit; *Ipsa conteret caput tuum*.

Quando quenquam videbis, qui loqui audeat adversus Sanctissimam Virginem, reprehendere devotionem erga ipsam, oblectari laudibus, quæ illi exhibentur, vel arguere Sancta devotionis exercitia, quibus bonæ utuntur animæ, quæque approbat Ecclesiâ; dicito audacter, & absque metu inrendæ tibi notæ, vel indiscretionis, vel temeritatis; Ecce tibi unum è capitibus serpentis; Ipse manifestè est è profapia diaboli, eòquod prosequatur odium & bellum, quod incepit is movere illi à creatione mundi. Et quando écontra videbis aliquem, qui studiosè invigilet gloriæ Sanctissimæ Virginis promovendæ ac conservandæ, adversus omnium viperearum linguarum impietatem, utpote geniminum antiqui serpentis, ut quæ loqui audeant contra ipsam; quando aspicias aliquem in ipsius servitio fervidum, seque opponentem indevotioni tot languidorum ac vecordium, qui ipsius contemnunt famulatum; unico verbo totum ipsius devotioni addictum & consecratum; affirmare securè ac tuto poteris: Ipse est ex stirpe benedictæ hujus Fœminæ, quæ con-

H h h h h trivjt

trivit caput maligni serpentis.

Hic Viator noster convertens se ad totam societatem, altâ voce dicit illis: Domini mei, interrogo vos modò: quam partem amplecti vos vultis? An vultis pugnare pro vel contra Sanctissimam Virginem? an declaratis vos servos & devotos ipsius, ut circumferatis eâ manifestissimis notis unam, quàm habere possitis, prædeterminationis vestræ? an verò concedatis in partem Dæmonis, & infelicis stirpis ejus, ut opponatis vos honori, servitio; devotioni sanctissimæ Vir-

ginis, sicque manifestè portetis vobiscum probrosam reprobationis vestræ notam? Omnes sustulerunt in cælum oculos, ignita illuc ejaculantes suspiria, protestando, eligere se potius moti, quàm vivere extra sensa maximæ extimulationis, profundissimæ reverentiæ, & sincerissimæ devotionis erga Sanctissimam Virginem: & paulisper intermisso discursu, ut relinqueret ipsis otium effundendi sua corda coram Deo, & Sanctissimâ ipsius Matre, resumpsit illum, & ita profecutus est.

ARGUMENTUM.

Omnes falsi Dij Gentilitatis oppugnârunt Sanctissimam Virginem, sed illa omnes prostravit, & eiecit è mundo.

ARTICULUS II.

Vellem vos hîc singulari studio mentem & aures attingere discursui, quem vobis proponam; si enim vel parùm deflexeritis, magnâ cum difficultate revertemini ad eundem.

Series & ordo discursus rationalis & necessarius.

Jac. 2. v. 19.

Suppono primò, veritatem existentia unius solius Dei non ignorari à diabolis: Sentiunt enim pondus Omnipotentis manûs ipsius, à quâ puniuntur; oportet invitos etiam credere ipsos: *Et Dæmones credunt & contremiscent.*

Suppono secundò, ipsos non ignorare peccatum primi hominis, & ruinam totius posteritatis in sine

ed quòd ipsimet conciliârunt rebellionem Patris & funestos ipsius aspexerint affectus, qui permanent semper in ipsis filijs.

Suppono tertio, ipsos non latere; quòd misericordia Dei compassa miseris hominum, promiserit ab initio potens & efficax remedium omnibus malis, quibus peccatum immerserat eos; & quando aspexerunt sententiam, quam mox pronuntiavit Deus contra serpentem, id est, contra diabolum, condemnans ipsum ad inimicitiam perpetuam cum muliere, quòdque semen illius. id est, Filius ipsius, vel eius

ejus filij contrituri essent ipsi caput, bene judicare potuerunt, consilium Dei esse ac intentionem reparandi ruinas, quas ipsi causaverant, ipsumque eâ ratione hic procedere voluisse, quæ similis illi esset, quâ usi fuerant ipsi, ad nos perdendos.

Uti fuerant ipsi feminâ ad nos perdendos, & bene videbant, uti voluisse Deum aliâ feminâ ad nos salvandos: non timebant illi, simplicem quandam feminam fortiorum fore Dæmone, ut ipsi posset conterere caput; Sed quando viderunt minitari Deum cum semine ipsius, id est, cum Filio ejus: Quis igitur (cogitârunt secum) erit hic Filius? suspicari poterant saltem, quamvis clarè illum non viderent, debere ergò hanc feminam eniti Filium, qui major & potentior esset cunctis dæmonibus, quique ipsorum destructurus esset imperium; Et quia noverant optimè, neminem ad hoc conficiendum satis potentem esse, nisi Deum solum, sufficiens dubitandi habebant argumentum, an hæc mulier futura non esset Mater Dei. Videtur hucusque extendere se potuisse illorum cognitionem naturalem; certum enim est, ipsos nihil scivisse ex omnibus, quæ sola nobis revelat fides; sicuti, quòd hæc Mulier futura sit Mater Virgo, quòd conceptura esset ex operatione Spiritûs Sancti, nec cætera omnia magna mysteria, quæ sola nobis manifestat fides.

Sic bene judicare possumus, potissimum se effudisse totum ipsorum odium erga hanc mulierem, & erga Filium ejus; unde & universale inierunt consilium instituendi Religionem falsorum Deorum, ubi cum Dæmones procurarent ubivis supremos idolis honores, non nisi soli vero Deo debitos, involvere & offuscare volebant Gentilitatis tenebris, Mysterium Incarnationis, unde totius dependebat Naturæ humanæ reparatio. Id quoque fuit summè notanda visio Sancti Joannis in Apocalypsi: Insidiebatur Draco mulieri, quæ paritura erat Filium, qui regnaret in universâ terrâ; Expectabat ipsius partum, ut hunc illius Filium devoraret, mox ubi eum genuisset: Non hoc contentus molimine, ut suam ostenderet rabiem, quâ æstuabat adversus Matrem majori, quàm erga Filium evomuit è gutture suo fluvium aquæ virulentæ ad submergendum ipsam. Hoc satis demonstrat in genere odium & pugnam Dæmonis adversus Sanctissimam Virginem Matrem Dei.

Verùm aspectu jucundum est, videre sigillatim dolos ac fraudes mendaciorum Patris in magnâ Gentilitatis structurâ: Omnes idolorum legiones, falsorumque deorum illam componentium multitudo, non erant nisi exercitus quidam Dæmonum, quos infernus eduxit in campum ad ciendum crudele bellum Sanctissimæ Virginis.

H h h h 2

gini

Apoc. 12
S. Joannes
aspexit
odium
Dæmonis
erga
SS. Virgine
nem.

Fraudes
dæmonum
contra
Jesum
Christum
& SS. Matrem
ejus.

gini, & JESU CHRISTO.

1. Ne hæc Mulier, dixerunt inter se, agnoscat & honoretur ceu Mater Dei, præoccupemus animos hominum, Matremque Dei inveniamus aliam. Hæc erit Cybele, Mater omnium deorum, Coniux Saturni deorum omnium antiquissimi: mundus non æstimabit aliam Matrem Dei, quæ multo futura est junior.

2. Forſan hæc mulier ſuum oſtentabit Filium; nunquam enim magis exornatur Mater, quam ſuis Filium tenens, & conſtringens brachijs: Inveniamus quandam Venerem, quam depingemus ſpecioſiſſimam, collocantes in gremio ejus Cupidinem, quem evulgabimus velut Deum, qui ſagittis ſuis accendat in Cordibus amorem: Credunt homines, hanc Matrem, huncque Filium, non eſſe niſi umbram Veneris & Cupidinis.

Speciales
fraudes
Diaboli ad
opponen-
dum ſe JE-
SU & MA-
RIÆ per o-
mnes ſuper-
ſtitiones
Gentilitatis

3. Verſimiliter hæc mulier magis æſtimabitur & à pluribus in ſuis invocabitur neceſſitatibus: Impediamus exiſtimationem hanc, & ut nemo illius indigeat, ipſiusque opem imploret, opponamus ipſi Deam, quæ bene faciat omnibus: Hæc erit Diana, Paſtores & omnes Coloni, quibus cura erit gregum ac jumentorum, invocabunt eam, quia dicemus ipſam præſidem eſſe ſylvarum ac montium: ſcæminæ gravidæ confugient ad illam, quia publicabimus, hanc ipſis ſaturam opem in ſuis puerperijs,

& ideo hoc ob juvamen, vocabimus ipſam quandoque Junonem. Viatores de nocte facturi iter, quæque oculorum tenebuntur infirmitate, ipſius quoque implorabunt auxilium, quia appellabimus ipſam Lucinam, vel Luminofam: Sed repleamus inſuper mundum innumerabili multitudine aliarum Deorum, Palladis, Minervæ, Cereris, Proſerpinæ, & centenis alijs, ut harum multitudo offuſcet gloriam illius, ſicut nubes obſcura abſcondit faciem Solis.

Et ne Filius ipſius obtineat exiſtimationem ſolius Dei veri, inveniamus plurimos Deos viſibiles in totâ naturâ, qui dabunt oracula, qui audientur à Sapientibus, qui timorem incutient populis, qui ſervitia accipient ab Imperatoribus; nuncupabimus illos Jovem, Matrem, Mercurium, & indies producemus plures ipſorum novos in tanto numero, ut invito cælo, nos evaſuri ſimus in Dominos terræ.

Ecce igitur Sanctiſſimam Virginem & Filium JESUM acriter oppugnatos à toto inferno; & hæc univerſaliſſima & vehementiſſima eſt pugna, quæ plurimo ſanguine toti ſtetit Eccleſiæ, ſub imperio plurium Tyrannorum idolis ſervientium, ſed hæc pulcherrima quoque eſt ſeges victoriarum, quibus Sanctiſſima potita eſt Virgo. Tota Eccleſia abrepta gaudij abundantia, decantat ipſi pulcherrimum hoc Triumphale melos, in Feſto Nati

Eccleſia
plaudit Vi-
ctoria, quæ
Sanctiſſima
Virgo re-
portavit de
omnibus
Filijs Dñi.

Nativitatis ipsius: *Gaude MARIA Virgo, cunctas haereses interemisti sola in universo mundo: Jubila & late, divina MARIA; Triumpha in medio potentia tuae, magnificentiarumque tutum: Tu sola subjugasti infernum, cunctosque Demones; Tu sola ejecisti omnia idola, omnesque falsos Deos e terra; Tu sola interemisti omnia haeresum monstra: Tu sola contrivisti Caput serpentis; Et quomodo hoc fecit? permittamus pro nunc paulisper adhuc dormire haereses, mox iterum expergefaciemus illas: loquamur de falsis Dijs, & videamus turpissimam ac probrosissimam ipsorum ruinam.*

Totus orbis replebatur ijs, potissimum Aegyptus, quae ipsorum videbatur esse propugnaculum, ubi maximo accumulati numero, innumerabilem ferè constituebant multitudinem. Quomodo primum egressa est Sanctissima Virgo, portans divinum Filium suum in brachijs suis, concessit oppugnatum illos in propugnaculo suo, & quam primum ingressa est Aegyptum, omnia falsorum Deorum subversa sunt Altaria, omniaque humi dilapsa idola. Abulensis asserit, subvertisse ipsam vice unicâ, usque ad trecenta, sexaginta quinque, & adjungit, quod, cum inultata hæc tantorum falsorum Deorum strages relata fuisset Aphrodisio, summo totius Nationis Sacerdoti, is congregaverit plurimum sacrificola-

tum numerum in aliquo ex Fanis ipsorum, quò cum Infans JESUS à Sanctissima Virgine fuisset deportatus, is adoravit illum, & clarè voce toti multitudini dixit: Si Infans hic non esset Deorum nostrorum DEUS, nunquam prostrati fuissent ipsi omnes in terram coram eo: Illi suò exemplò ostenderunt nobis, quid nobis faciendum, & si imitari ipsos detrectemus, timeamus, ne puniamur & flagellamur cum Pharaone.

Si ejusmodi primum potentia, quâ Sanctissima Virgo in idola polebat, fuit specimen & argumentum, quid deinceps expectandum erit? Quando divina hæc auctora, producens è sinu suo Solem æternæ veritatis, omnes expellet tenebras ignorantia, errorum, & fabulosa gentilitatis, plenam cognitionis veri Dei in omnem terram effundens lucem, ubi falsi sese abscondent Dij? Nonne cogentur fugere tanquam noctuæ coram luce? Sed longiore quid opus probatione, nisi ut dicam vobis. Videte vosmetipsi, aperite oculos, unde quaque circumvolvite illos, quærite, ubi sint modò omnes illæ falsorum Deorum legiones, quæ replebant omnem terram, antequam Sanctissima Virgo ipsos ex eâ egerit: ipsa portans in manibus suis facem, quæ magnū constituit diem æternitatis, expulit tenebras è mundo, omnesque illarum Principes relegavit in Orcum.

H h h h h ;

Ubi

electa pp
vidit Vi
oria, quâ
Sanctissima
reore
ctavit de
nibus
is Dijs.

Abulens. q.
super c. a.
Mant.

Non amplius videntur falsi Dij, vel idola in mundo,

Ubi sunt ergò nunc omnes hæc falsa Divinitates, quas & videre, & loquentes audire erat solemne? Nihil ipsarum modò amplius videtur in mundo. Sed fortassis in aliquo angulo latent absconditæ, vel dormiunt (ut joco utar Vatis Eliæ). Verùm vocate proprijs suis nominibus falsos hos Deos, & videre, an responsuri sint vobis. Ubi es modò Jupiter? Ubi estis modò, Mars, Venus, Saturnus, Pallas, Apollo, Diana? Ubi estis modò omnes? Quò devenit tota hæc falsorum Deorum, sed verorum Dæmonum, qui tantis sæculis miseris deceperunt mortales, sex & caterva? Non sunt amplius; non respondent amplius; in inferorum submersi sunt abysso. Et tu adorande JESU; Tu divina MARIA sic triumphasti de ipsis.

Gratias aguntur Sanctissimæ Virgini.

Quamobrem sanctus Cyrillus in homiliâ sextâ, quam concinnavit contra Nestorium, rependit gratias triumphanti huic Virgini, nomine totius Ecclesiæ, sic alloquens ipsam: Per te, O sanctissi-

ma Virgo, omnes homines, qui excæcati ingemiscebant sub tyrannide idolorum, aperuerunt oculos, ut pervenerunt ad cognitionem veritatis: Per te, ut mundarentur à maculis suæ idololatriæ cucurrerunt ad aquas Baptismi: Per te falsorum Deorum subversa sunt fana, & vero Deo ubivis Tempia erecta.

Et Euthymius in pulchrâ illâ ratione, quam reliquit nobis de Zona Matris Dei, tribuit ipsi hoc elogium, per quod extollitur supra omnes mundi Victores: Sanctissima Virgo diffregit Altaria idolorum, subvertit Tempia Gentilium, & arefecit torrentes sanguineos Christianorum, qui effundebantur in omnibus partibus mundi.

Quid igitur superest, nisi ut erigamus trophæa & arcus triumphales Admirabili huic Matri, & literis apponamus aureis, vel patius radijs adscribamus solaribus. **MARIÆ INVINCIBILI VICTRIGI OMNIUM FALSORUM DEORUM.**

ARGUMENTUM.

Omnes furia infernales haresum evomuerunt rabiem suam contra Sanctissimam Virginem, sed illa omnes interemit.

ARTICULUS III.

Ingens profectò nobis humiliationis est argumentum, dum videmus, quòd postquam in-

fernus, omnesque Dæmones, impenderunt, quidquid habuerunt fraudis, omnes suos intenderunt **NERVOS,**

nervos, & quicquid habuerunt malitiæ, exhauerunt, ad opprimendam gloriam Sanctissimæ Virginis absque ullo effectu, crediderunt, se suum affecturos scopum per majorem quandam, quam cognovêre in hominibus, malitiam. Ita verum est, malitiam cordis humani, abripi quandòque ad criminatam nefanda, ut superent ea, quæcunque ipsi Diaboli possent unquam perpetrare; Et idèò videntes superstitionem paganisimi expulsum mundo, per potentiam JESU Christi, & Sanctissimæ Matris ipsius, excitârunt hæreses, per hæreticos exequi sperantes, quod ipsum frustra sunt machinatâ.

Ad arma, in nostrum venite auxilium, totus exclamabat infernus, post falsorum cadem Deorum: Ad arma, O homines adjuvate nos! Venite ulturi injuriam, quam JESUS Christus & MARIA intulerunt nobis, dum divinos nobis abstulerunt honores, quos exhibuerat nobis universus orbis. Olim Rex Assyriorum Nabuchodonosor, universale coëgit consilium in suo palatio, congregans omnes suos Principes, omnes suos præcipuos Consiliarios, omnes suos duces, omnesque optimates regni sui, non ut peteret ab ipsis consilium, quid sibi faciendum esset, sed, ut consilium, quod in suâ jam formaverat mente, & propositum, quod jam conceperat animo, totum nimirum orbem suo

subjugandi imperio, illis manifestaret: *Dixit, que cogitationem suam in eo esse, ut totam terram suo subjugaret imperio.* Cùm totus conventus ambizioso huic applauderet consilio, imposita fuêre mandata ad mandandum executioni incepta hæc molimina. Ejusmodi ferè fuit Consilium Luciferi, rebellium Angelorum Principis, quod in infernali suo coëgerat palatio. Arrogare mihi mens erat totius dominium mundi, & ab hoc deturbatus sum turpiter à muliere quâdam & quodam puero, Sed illatam tolerare non possum injuriam; meditor ultionem, statim prosequor consilium, & quod exequi non potui per meipsum, omnesque meos, confecturam feliciter me spero per hæreticos, cunctis inferni diabolis longè detiores. Demus mandata ipsorum pluribus, qui suam sub meâ directione impendant operam

Venite, Ebion & Cerinthe, ceteræque primi, mearum estote Ducæ catervatum, primæ velut acies, aut tanquam velites, ac perditorum manus hominum: huic enim provinciæ plurimum vos judico idoneos: Siquidem Ebion est verbum Hebraicum, idem significans, quod *Inferatus*: Docete prædicate palam, quod JESUS Christus non nisi simplex sit homo velut alij homines, quodque MARIA pauper ipsius Mater, non nisi sit femina è fræce populi, quæque

non

Judith. 21

Primæ ceteræque ab inferno emissæ fuerunt Ebionitæ.

leferus, cum amplexu nil possit, videri in consilio malitiam hanciam

non magis, quam aliz Matres, sit Virgo: Contendite persuadere hoc cunctis hominibus, & exue-
tis simul Divinitate Filium, & Matrem gloriã, quã dicitur esse Mater Virgo, & Mater veri Dei. Verum est, summè impetuosum primum hunc fuisse assultum; sed aquila mox dissipavit malignam hanc turpium bubonum catervam. Sanctus Joannes, dilectus sanctissimæ Virginis Filius, suum contra ipsos exaravit Evangelium, cujus prima verba: *In principio erat Verbum*, fuerunt tot fulmina, quæ ipsos contriverunt. Mittamus catervas alias, inquit infernus.

JOAN. I.

Seculi hos
sunt Ariani

Ades dum Ari, tu magno polles ingenio, nec minor te inflat ambitio: Contempsit te Alexandria, dum pratulit alium tibi; non patere vindicam injuriam, susque deque verte omnia, & palam annuntia, quod JESUS Christus non sit verus Deus Consubstantialis Patri, & consequenter Mater ipsius non sit vera Mater Dei: Bene hoc mundo persuade, & bene nostra conficies negotia; fabricare arma tibi ex omnibus; impende facundiam, exagita rationes humanas, quas poteris, validissimas, fraudes accumula fraudibus, tuum sit fulcimentum favor principum; tandem omitte nihil omnem move lapidem, quo in tuam trahere possis partem universum orbem. Tam servilem, tamque protervum fuit hoc prælium, ut Sanctus

Hieronymus dicat: *Ingemiscens S. Hieronii orbis terrarum, miratus est se esse Arianum.*

Quis defendet honorem Filij & Matris adversum potentes adeo adversarios? Illa ipsa, quæ tota erat plena Spiritu Sancto; illa ipsa, quæ portabat lumen solis divini in manibus suis, consignat fulmen excommunicationis manibus potestatis Ecclesiasticæ: percussus est Arius anathemate tam terribili, ut, postquam ejectus est in exilium à Constantino Magno, Mundi Imperatore, ipsius libri cum infamiã combusti sint, & ipse semet abominodam suam animam unã cum visceribus, evomerit in cloacam. Hæreses, scilicet infætales, an non sentietis hoc ictus? non contemiscetis deinceps sub potentiã Sanctissimæ Matris Dei? Non nova prorsus movebo illi prælia.

Adeste, Nestori, ementitæ pietatis induito speciem, ut cencilies tibi coram mundo existimationem; magni enim hic facit auctore vitæ sanctitatem: creditur tibi, & æstimaberis velut Sanctus; simula, honorare te MARIAM, & confidere, ipsam JESU Christi esse Matrem; sed acriter defende, publicè prædica, ubique divulga, ipsam non esse Matrem Dei. Quæ enim verisimilitudo, aliquam Creaturam propriam sui Creatoris esse Matrem? Tu dicere id ausus es, maledicte hæretice, imò

Nestoriani
oppugnant
de novo S.
Virgiam.

imò Hæresiarca, justissimam ex-
pereris vindictam Augustissimæ
Matris Dei; percutieris anathe-
mate à cunctis Patribus univer-
salis Concilii Ephesini; tuo videbis
probro magnificentissimam extrui
eodem in loco Ecclesiam ad illius
honorem, quam inhonorare tu
præsumpsisti; & postquam velut
impietatis monstrum ejectus fue-
ris in horrendum Oasis deser-
tum, lingua tua, quæ tam execran-
das blasphemias proferre haud est
verita, in ore tuo putrefacta de-
vorabitur à vermibus. Nonne
hoc sufficiat, ô hæresis, quod for-
midandam reddat Virginis San-
ctissimæ potentiam? Non; op-
pugabo ipsam adhuc per alios,
qui majori potentia auctoritate.

Veni, Constantine Coprony-
mè, tu Imperator es, ingens tibi
est in mundo potestas, ac major
adhuc impietas & malitia in corde;
perficere tu poteris, quidquid vo-
lueris; obsta omnibus hisce ma-
gnis honoribus, quibus afficitur
MARIA in toto regno tuo: hu-
cusque è populorum mentibus
avelli non potuit fides, ipsam esse
veram Matrem Dei, ipsamque ve-
lut talem furens esse dignam ho-
noribus; permitte, quidquid vo-
luerint, ipsos credere, & fatere
cum illis, quòd quidem, quamdiu
portavit ipsa Filium Dei in utero
suo, omnem promeruerit reve-
rentiam propter illum; sed post-
quam ipsum peperit, facta sit ve-

A. P. Isaac. Consultas. Tom. II.

lut alia mulier, nec majori digna
honore, quàm alia mulieres.

Et ut hoc persuadeas illis de **Baronio**
monstratione prorsus manifesta, **aa. 775a**
accipe bursam, auròque imple
illam; & exin hanc monstrans po-
pulo, quære ex illis, quanti va-
loris sit hæc bursa? dicent tibi,
illam magni esse valoris; exin eva-
cua ipsam, nec quidquam auri ei
amplius relinque; & denuò de-
monstrans illam populo, interro-
ga eos, cujus modò pretii sit hæc
bursa? fatebuntur tibi, non adeò
magni stare illam: ecce ad amuf-
sum, dices, opinionem, quæ for-
manda est de hæc MARIA, quem
tanti æstimatis: quamdiu plena
fuit pretioso hoc auro, quod in-
servijt ad nos redimendam, ni-
miùm vel æstimari, vel honorari
non poterat; sed postquam eva-
cuata illo fuit, non habet quid-
quam magis pretiosum, nec ma-
jorj dignum reverentiâ, quàm alia
Matres.

Quid fecisti, infelix, princeps? **Responde-**
Tu igitur indicere bellum es ausus **tur im-**
potentissimæ cæli terræque Regi- **pietati**
næ? Obsecrate! ipsa non est **Copro-**
Bursa, quæ solummodò aurum con- **nymi &**
tineat, abs eo, quod illud produ- **punitur.**
cat: ipsa est Mater Filij Dei, quæ
produxit ex propriâ suâ substan-
tia Filium. quem portavit in sinu
suo. Quando ipsa peperit, non
est bursa, quæ evacuato auro, pau-
per exin remanet; sed ipsa fons
est omnis felicitatis mundi, quæ
lilij hanc

lilij

hanc

hanc impertitur cunctis mortali-
bus, ita tamen, ne illa privet sei-
psam: Nunquam majores pro-
merita est honores, nec grati ex-
hibitiones animi, quam postquam
ingenti hoc nos locupletavit be-
neficio; unio Filii & Matris ater-
na erit; relatio utriusque nun-
quam finietur.

Interim vide, infelix Princeps,
quo tua te rapiat impietas; inva-
dere non metuis sinum ipsius Vir-
gineum; vi facta eruere vis ipsi
fructum ventris sui, ut, si poteris,
despicabilem ipsam reddas cun-
ctis mortalibus: senties tandem
fortitudinem brachij ipsius, tuaque
conformis erit poena tuo Crimi-
ni; sulphureus ignis ad viscera
devorabit te, totum vivum com-
buri te videbis, intra quod quis-
quam eruere te poterit ex hoc in-

condio, cum portaturus sis illud
in medio tui ipsius: in vanum
invocabis misericordiam, quam
nunquam consequeris, sed dolo-
ris vehementia actus in rabiem
morieris.

O amantissime Deus! an igi-
tur non satis sit hoc ad percellen-
dum tremore omnes haereses, to-
tūque ipsum infernum, à quo
amissae sunt in orbem? Tot pro-
strati jam inimici, an relinquunt ad-
huc alijs remeritatem, quā op-
pugnare audeant Sanctissimam
Virginem? Ita, inferni rabies
erga illam nunquam exstinguetur,
haeresesque malitia durabit sem-
per. Nondum vidisti adhuc,
nisi aliquas tantum phalanges; sub-
listamus parum, & sequi conti-
nuabo ordine videbis alias.

* *
*

ARGUMENTUM.

*Aliae Hereticorum Legiones declarant se inimi-
cos Sanctissima Virginis, & omnes miserè pereunt.*

ARTICULUS IV.

2. Cor. II.
7. 19.

Bene observandum est, sem-
per futuras esse haereses &
hereticos, cum S. Paulus
luculenter dicit, id necessarium
esse: *Oportet haereses esse.* Sed
metuendum non est, ut eas unquam
dammum illataras Ecclesiae, sed
potius hausturam ex iis magnas
utilitates; en tibi earum praecipuas,
quae patent ad oculum.

Prima est, quod haeresis sit qui-
dam ventus, separans paleam à
bono frumento; quidem ignis
purgans aurum à suis sordibus,
cunctisque impunitatibus; antici-
patum Dei iudicium, dividens haereticos
ab agnis, & non nisi fideles
relinquens à dextris, ubi hos com-
plet benedictione, relegans ad
sinistram alios, ubi adhuc in hoc
mun-

18. mundo feruntur anathemate Ecclesie: Et pro mundo altero pronuntiavit jam Deus in eas condemnationis sententiam: *Qui non credit, jam judicatus est.* Et hæc ratio est, quam magnus Apostolus allegat, postquam dixit, quod oporteat hæreses esse; ut & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis. Nōne permagna toti Ecclesie sit utilitas, quod purgetur à veneno inficere volente Corpus ipsius?

Secunda utilitas, quam haurit ex hæresibus, est, quod hæc sint evidens argumentum perpetuæ ipsius fidei, & certitudo, ipsam nunquam ab hæc defecturam. Cum enim verum sit, semper hæreses esse futuras, verum igitur est, veram semper futuram fidem, quam ipsæ oppugnabunt; siquidem si veræ fidei se non opponerent, hæreses non essent: sic omnis multitudo innumera hæreticorum & hæresium sibi longissima serie succedentium, seque accumulantium, hæc fidem oppugnent Ecclesie, tantum abest, ut illam subvertant, vel paulisper debilitent, ut potius tam firmiter stabiliant ipsam, ut alia non requirere argumenta ad convincendum me de veritate meæ fidei, & invincibilis ipsius roboris, quam quod videam ipsam semper ab hæresibus oppugnatam. Sanctus Paulus, qui hanc fidem extruebat innoxiam fundamento Sancti Evangelij, certior me

reddit, semper hæreses futuras esse, quæ ipsam oppugnabunt; certos igitur sum, ipsum semper substituram, ut semper oppugnatur ab hæresibus.

Tertia utilitas, quam Ecclesia haurit ex persecutione hæresum, valde magna est & summè consideranda. Et est, quod ipsa evadat ex ijs semper fortior, semper sapientior, semperque omni ratione perfectior. Semper fortior, eo quod, cum semper assucta sit vincere, quid sit succumbere, omnino nesciat: semper sapientior, eo quod obstringatur se melius informare circa veritates fidei, ut defendat illam contra eos, à quibus oppugnatur, errores. Quanta, quamque egregia nobis extant volumina circa præcipua fidei mysteria, quæ elucubrata fortassis non fuissent, si hæreticorum malitia non excitasset Catholicorum Doctorum Zelum ad elucubrandum illa? Nescio, an haberemus admirandos Tractatus de Trinitate. Sancti Hilarij, & Sancti Augustini sine hæresi Arij; vel doctrinam tam sublimem plurimum Patrum Ecclesie circa penitentiam Christianam, sine hæresi Novatianorum; vel declarationem tam perfectam circa veritatem Sanctissimæ Eucharistie absque hæresi Berengarij, Calvinij, Eutheri, aliorumque, qui Sancti sunt ipsos; Et dubio procul non haberemus tot, tamque egregia

opera ad gloriam Sanctissima Vir-
ginis in omnibus Ecclesie patribus
per cuncta secula, quæ indies ad-
huc multiplicantur, si non semper
fuisse oppugnata, sicut modò ad-
huc oppugnatur ab hæreticis. Ve-
rum igitur est, occasione hæresum
sapienterem evasisse Ecclesiam.

Evasis ipsa quoque Sanctior,
edquòd non ignoraret, puritatem
morum sibi esse omninò necessa-
riam, ad conservandum purita-
tem suæ fidei; cum Scriptura Sacra
nobis dicat, fidem sine operibus
mortuam esse, & Hæretici con-
cludere soleant, quamvis ineptè,
fidem falsam esse, cujus sectato-
res depravatis sint moribus.

Ecclesia
semper pro-
fecta ex
persecutio-
nibus. qui-
bus afflicta
fuit ab hæ-
reticis.

Tandem evasis Ecclesia omni
ratione semper perfectior; sicut
enim arbor, quantò magis agita-
tur à ventis, tantò magis firma-
tur; sicut incus, quantò magis per-
cutitur, tantò magis iaduratur;
ita etiam, quantò majores Ecclesia
passa est ab hæreticis persecutio-
nes, tantò magis est roborata;
quantò frequentioribus Ecclesia
militans agitata est prælijs, tan-
tò pluribus & splendidioribus ad-
aucta & locupletata est triumphis:
siquidem hæresis oppugnare qui-
dem, sed expugnare nunquam
potest hanc domum sapientie, quæ
supra firmam ædificata est Petram.

Quid profuere tibi cuncta tua
vana molimina, quibus hucusque
es usa, ô infernalis malitia! ad
invenendam & omninò extin-

guendam, si potuisses, gloriam
Sanctissimæ Matris Dei? & quid
proderunt tibi ea omnia, quibus
modò adhuc uteris, ad opponen-
dum te pietati cunctorum vero-
rum fidelium ipsi devotorum? ni-
si quòd videbis clarius effulgere
ipsius gloriam, indies augeri magis
ipsius devotionem, & absque fine
multiplicari ipsius laudes ex parvâ
scintillâ, quam adversus ipsius ho-
norem dispergis in mundo, ab-
scendendo te ipsam præ pudore,
sicut ij faciunt, qui optimè norunt,
se malè facere, dicere tamen
non audent; ego sum: *Qui ma-
lè agit, odit lucem.* Tu apparere
videbis illicò quinquaginta volu-
mina, quæ centies plus honoris
reddant ipsi, quàm putaveris ab-
laturam te ipsi per fraudes tuas.

Quid profuit tibi, suscitasse
Helvidianos, Jovinianos, Apol-
linaristas, ad impugnandam publi-
cè & privatim puritatem ipsius Vir-
ginalem? quorum aliqui dicebant,
illam non fuisse Virginem ante
partum; alij, quòd non fuerit
Virgo in partu; alij, quòd minùs
adhuc permaneret Virgo post par-
tum suum. Quid evicisti per de-
bilem & infernam hanc velitatio-
nem? nisi quòd illustraveris glo-
riam Virginitatis ipsius, & esse ce-
ris, ut omnes fideles certi ac secu-
ri per decisionem Conciliorum, &
condemnationem Hæresiarcharum,
exclamaverint ubivis fortiori ac
ardentiori voce, quòd ipsa sit Virgo
ante

ante partum, Virgo in partu, & Virgo post partum suum; instat palmæ, quæ magis extollitur, quàm magis deprimatur.

*omnes va-
ri heresi-
morum co-
munitate re-
pugnantur
et ipsorum
confusio-
nem.*

Quid profuit deinceps tibi susci-
tasse, & in campum eduxisse nu-
meros exercitus Albigenſium ad
resuscitandum hæretes jam con-
demnatas? Infelices hi evomebant
contra puritatem plûs quàm Ange-
licam Sanctissimæ Virginis, blas-
phemias multò magis abominan-
das, quàm evomuerant alij, evul-
gando illas ubivis, illasque defen-
dendo non solum pondere ratio-
num, sed etiam potentia armorum.
Quid profuere tibi hæc omnia, ni-
si quòd præparaverint occasionem
splendidioris triumphi, & adau-
xerint gloriam huic Virgini Virgi-
num? Aspiciunt in ijs pugna pyg-
morum contra Herculem, &
contra gigantes. Nonnulli horum
impiorum, devicti robore verbi
divini ipsis annuntiati à sancto Do-
minico (qui fuit flagellum ipso-
rum) se convertebant efflagitan-
tes misericordiam; alij protèrvi
permanentes in suâ malitiâ, per-
cussi anathemate Ecclesiæ, insuper
infirmitate quâdam Medicis inco-
gnitâ & incurabili, miserè interi-
erunt.

*Historia
miraculoſe
Comitis
Montfortij
contra Al-
bigenses.*

Reliqui, qui componebant ma-
gnos exercitus, & obtinebant
campum, depopulantes omnia ve-
lut Furæ infernales, oppugnati,
devicti, exterminati sunt ab unico
solo viro, quem succederat zelus

gloriæ DEI, & honor Sanctissimæ
Matris ipsius. Erat is Simon, Co-
mes Montfortius, cujus memoria
in sempiternâ benedictione erit:
Ipsi erat animus tam generosus, ac
fiducia tam firma in protectione
potentissimæ hujus Regina, ut vi-
sus aliquoties fuerit cum viris quin-
gentis cedere exercitum, nume-
rantem ultra decies millenos hære-
ticos Albigenſes; aliàs cum cohorte
minimâ, triginta nempe suorum
Albigenſes ter millenos agere in-
fugam; & iterum cum viris ter
millenis, inite prælium cum po-
tentissimo Rege Aragonum, qui
magnus defensor erat hæreticorum
Albigenſium, ac illorum tunc mo-
derabatur exercitum, viros com-
plectentem ultra viginti millenos;
ipsum vincere, cedere ipsius co-
pias, ac ipsummet interimere.
Scriptura sacra affirmat nobis, stel-
las cæli olim dispositas in aciem
dimicasse adversus Sitarum: *De
cælo dimicatum est, stella manens. Judic. 5. v.
tes in ordine & cursu suo adversus. 20.
Sitarum pugnaverunt.* Et Historia
de strage Albigenſium observavit,
quòd campus apparuerit ipsis læ-
pius totus oppletus militibus, à
quibus fuerint exterriti, quamvis
Comes nonnisi paucissimos nume-
ravit milites: Sed Regina Angelo-
rum mittebat illorum plures le-
giones è cælo, quorum aspectus
unicus in fugam egebat inimicos.


Nonne videtur, solum aspe-
ctum sinistra sortis, quæ percussit

Ultima no-
stra secula
genuerunt
magnam
multitudi-
nem inimi-
corum San-
ctissime
Virginis.

sunt omnes impij, qui oppugnã-
runt ipsam, sufficere debere, ad
incutiendam terrorem cunctis alijs,
iustumque timorem, ne & ipsi in
ejusmodi agantur precipitium?
Et nihilominus dolentes videmus,
ultima nostra tempora ratione quã-
dam adhuc magis esse & impia &
infamia, ob multitudinem inimi-
corum Invincibilis hujus Matris
DEI, quã fuerint precedentia.
Lutherus non abhoruit compara-
re ipsam, imò etiam postponere
infami suæ Concubinae: O cœ-
lum tu id vidisti, tũquẽ id tolerã-
sti aliquando, sed non cessabis ul-
cisci in æternum execrandam hanc
impietatem in barathro inferni.
Ingens quidam aliorum insecto-
rum, parvo unque monstrorum
numerus, quæ eodem fere tem-
pore evolvit in terram infernus,
eodem se nutierunt veneno, ut
illo universum inficerent mun-
dum, si ipsorum potestas par fuisset
ipsorum malitiæ: Erasmus,
Æcolampadius, Centuriatores, Pe-
trus Pseudo-Martyr, Bucerus,
Brentius, Calvinus, & quingenti
alij, quorum chen! videmus ad-
huc ubivis Discipulos: aliqui diffi-
mulant, & abscondunt, quantum
possunt, alij nimis quã manifestè
se declavant inimicos gloriæ, ser-

vitijs, & devotionis erga Sanctissi-
mam Virginem.

Nõne hic exclamandum omni-
cum zelo, quem impertiat Deus
animabus, viventibus in puritate
fidei, & amplectentibus sensa vera
religionis: *Exurge Domine, &* Psal. 73. v.
judica causam tuam. Exurge ce- 21.
re aliquando Domine, ne tua dor-
mire dicatur justitia, quæ tanto to-
lerat tempore insolentem nimis
impietatem inimicorum Sanctissi-
mæ Matris tuæ; *Exurge, & cau-*
sam illius age, quia est & causa tua,
cum Filij commoda & Matris sint
ab invicem inseparabilia? Ut quid
aspicis tantis premi persecutioni-
bus devotos ac servos ipsius, quin
offendi te ipsdem ostendas? *Me-* Psal. 88. v.
mor esto opprobrij servorum tuo- 21.
rum. Nõne intueris Domine fi-
delium servorum tuorum oppro-
brium, imò & servorum Sanctissi-
mæ Matris tuæ, qui dum impen-
dere tibi contendunt omnem glo-
riam tibi debitam, tuãque San-
ctissimam honorare Matrem, non
recipiunt ab inimicis tuis & ipsius,
nisi contemptum, contumelias, in-
jurias: Sed fallor, honores exhi-
bentur illis, quando præbetur eis
ocasio parum aliquid pro te,
& pro ipsã tolerandi.



ARGU.

ARGUMENTUM.

Quantam securitatem habeant devoti erga Sanctissimam Virginem, dum servi existunt tam potentis Dominae.

ARTICULUS V.

P Rincipes terræ non sunt potentes ex semetipsis; in subditis suis est potestas ipsorum; si enim desererentur ab his, quid fierent? Rex totus solus fortior non esset quovis alio homine; hinc ex justitiâ tenentur protegere ipsos; æquissimum enim est, ut pro illis suam impendant potentiam, quam ab ipsis accipiunt. Beati subditi fideles, qui maximam consignare nõrunt potentiam manibus boni Principis, edquod sibi ipsis potentissimam concilient protectionem, sub quâ vivant in pace & securitate, dum suam faciunt Principem vivere in gloriâ & honore.

Quære Sanctissimam Virginem potestatem, ad promovendum salutem pauperum peccatorum.

Non ita se res habet cum Sanctissimâ Virgine, Reginâ Cæli & terræ. Ipsa non recipit potentiam suam à subditis suis, obinet illam totam ab Unigenito Filio suo, qui Omnipotens est ex semetipso. Ipse est Omnipotens ad redimendum mundum cum Sanctissimâ Matre suâ; siquidem si non esset Unigenitus ipsius Filius, non posset redimere mundum pœnolo suo

sanguine; Et ideo consignat is omnem potentiam manibus illius, quam ratione quâdam accepit ab ipsâ, ad impendendum illam totam integram secum in favorem pauperum peccatorum.

Loquor cum sancto Bonaventura, Doctore Seraphico, & fidelissimo Virginis Sanctissimæ servo, qui in suo speculo hæc verba exarata reliquit: *Quia Dominus est Omnipotens tecum, tu etiam es Omnipotens secum; Tu es Omnipotens per ipsum, Tu es Omnipotens post ipsum.* Et magnus Cardinalis S. Petrus Damiani, qui eloquentissimus erat & summè divino accensus amore, id verbis luculentioribus nobis exponit, dum dicit: *Accedit ad Thronum DEI, non tantum rogans, sed imperans, Domina, non ancilla.*

Ne tumultuemini hinc Sanctissimæ inimici Virginis, nec dicatis, hoc esse Creatorem submittere creaturæ, dum dicitur non sine quâdam blasphemix specie, quod DEUS obediat Virgini, quando hæc illi imperat. An igitur blasphemix arguis Sacram Scripturam, quando dicit, DEUM obedire vo-

S. Bonavent. in spec. B. V.

S. Pet. Dam. serm. 1 de Nativ. B. V.

Iosue, 10.

ci Josue, detinentis mox solem, dum ipsi imperavit: *Obediens DEO voci hominis.* Et quoties JESUS Christus obedivit mandato Sanctissimæ Matris suæ, dum vixit in terris? Nōne is semper idem est DEVS? Nōne ipsa quæque est eadem Mater DEI in cælo & in terrâ? Ipsa Mater est veri Salomonis, qui verius ipsi dicit, quàm dixerit Salomon Bethsabææ

3. Reg. 2.

Matri suæ: *Pate Mater mea, neque enim fas est, ut avertam faciem tuam.*

Sanctissima Virgo potentior est apud Deum, quàm omnes Sancti simul.

Suarez, 2. tom. 3. p. disp. 23. sect. 2.

Omnes intercessionum Sanctorum potentes quidem sunt, ad obtinendum nobis gratias & benedictiones DEI; sed tanta est differentia inter solam Matrem, & omnes servos simul, ut celeberrimus & piissimus quidam Theologus scripserit; quod si tota Curia cælestis, omnes Angeli, omnæque sancti, qui in Paradiso sunt, simul se conjungerent, ad postulandum aliquid à DEO, & sola Sanctissima Virgo peteret contrarium, ipsa obtentura id esset præ illis omnibus, ipsiusque sola oratio potentior & efficacior foret, omnibus orationibus reliquorum Sanctorum; eodquod

tandem ipsa sola sit Mater, & alii omnes non nisi servi.

Intelligitis hoc bene, vos qui devoti estis Sanctissimæ Virgini? Videtis magni æstimandam vobis esse devotionem vestram? Consideratis bene absolutam ipsius potentiam, vos qui omnem vestram post DEVM collocastis in ipsâ fiduciam? An potestis decipi, dum vos devovistis illi, vosque palam declarastis subditos & servos ipsius? An bene aspiciatis potestatem, quam DEVS contulit illi, summamque, quâ apud Majestatem ipsius pollet, auctoritatem; vos qui non cessatis obsecrare ipsam, ut suâ vos foveat protectione, & obsecret pro vobis, nunc & in horâ mortis vestræ. Deprecemini, deprecemini ipsam incessanter, vestra firmate propolita de augendâ indies erga ipsam devotione vestrâ; congeminate & roborate absque intermissione fiduciam, quam collocatis in bonitate ipsius ac potentiâ; nec quidquam metuite, nisi ne sitis ipsi unquam infideles. O Beatos & mil-

lies, beatos tam potentis Dominæ servos?

* *

ARGUMENTUM.

Historia seriâ consideratione digna.

ARTICULUS VI.

LEge Annales Ordinis S. Dominici; ibi videbis, magna hunc Sanctum qui per to-

tam vitam suam clarissimæ instar rubæ evulgavit ubique Excellentias Sanctissimæ Virginis, totumque

que

que mundum succendit devotione erga ipsam, traxisse per vim ex ore Paris mendaciorum, testimonium valde authenticum de veritate, quam lubens percipies. Prædicabat is pro more suo, coram numerosissimo auditorio; adducitur ipsi obsessus, legionem diabolorum in corpore suo circumferens; rogatur, ut ipsos eiciat; ita, sed prius eos vel invitos servire volo pro gloria DEI & ædificatione hujus populi. Et postquam præcepit ipsis firmâ cum fide, in Nomine Dei, ut responderent ad interroganda, plures illis proposuit quæstiones, quarum ecce aliquas præcipuas!

Prima, cujus conditionis homines in majori numero ipsi haberent in inferno? Responderunt primo: Omnes hæretici, & omnes infideles nostri sunt, de hoc ne dubitetis. 2. Majori ex parte divites nostri sunt, & quasi nemo eorum absque miraculo elabitur nobis: Ut enim malè suas acquisierunt divitias, vel malè illas impenderunt vel malè illas conservârunt, denegando Eleemosynam pauperibus; Et horum defectuum unicus sufficit ad condemnandum illos, ultra quod sint ferè omnes suarum idololatrarum divitiarum, quas magis amant, quam Deum; Omnes mundi Magnates, qui non nisi solam Religionis circumferunt apparentiam, re ipsa non habentes nec fidem, nec spem, nec Charitatem, nec alium Deum, nisi sua commoda, suas

vanitates, suasque voluptates; hæc omnia catervatim prouunt in infernum. 4. Magnum habemus numerum pauperum agricolarum, qui more suorum vivunt jumento- rum in stupidâ quâdam ignorantia, & magnum numerum Pastorum cæcorum, qui cæcas has dirigunt & moderantur bestias; sed oves hæ, & Pastores earum simul omnes in idem prouunt barathrum. 5. Sed potissimum habemus maximum numerum Ecclesiasticorum, Sacerdotum, Religiosorum, & personarum Deo per vota consecratarum, eòquod cum ipsorum conditio requirat puritatem majorem, quam illa sit Angelorum, paucissimi ex ijs illi studeant, ut obligantur, insuper abutantur Sacramentis, quæ tenentur frequentare, abutantur gratijs & medijs salutis suæ; & per hoc effecti peccatorum omnium abominandissimi, catervatim prolabuntur magis in imum, quam cæteri omnes, inferni barathrum. Hoc primum Dæmonum responsum non parùm inservijt Consilio S. Dominici, qui non nisi timorem Dei insculpere volebat cordibus: Siquidem cum admoneret auditores suos, ut bene considerarent, quod audierant, plures ipsorum percutiebant pectora, & fatebantur se esse peccatores.

Proposuit igitur ipsis secundam quæstionem: Quarta nimirum peccata magis inveniuntur ab ipso.

Quarta peccata magis præcipient.

in infer-
num.

rent animas ad damnationem æternam? Responderunt, tres potissimum magnas esse portas, per quas turmatim irent homines, scilicet que præcipitent in profundissimam hanc abyssum. Prima est fur-tum; quando enim alienis quispiam irretitus est bonis, periit, restituit ea nunquam, vel quasi nunquam. Secunda est odium proximi, & vindicta injuriarum, quando enim hæc semel occupavit Cor, ubi mox extinguit charitatem, exstimulat ad peccata absque numero, & pessimum est, quod tam firmas ibi agat radices, ut nunquam penitus eradicari possit. Et tertia est impudicitia: Homo animalis, cui nullus rerum divinarum est gustus, cohibere se non potest, quin oblectetur voluptatibus sensuum; impossibile enim est vivere animam absque omni voluptate, & omnes illæ, quæ spirituales non sunt, necessariò sunt carnales: totus mundus hominibus scatet carnalibus, qui ferè vivunt velut bestia, & omnes ejusmodi replent infernum.

Post hoc responsum fecit ipsis Sanctus tertiam questionem: quem scilicet Beata in caelis magis abhorreant post JESUM Christum. Ad hanc questionem volebant respondere; Sanctus urgebat ipsos ad obediendum, & illi suam congeminabant rabiem; donec tandem devoti virtute Omnipotentis Dei, quamvis inviti fate-

rentur, hanc esse MARIAM, Matrem Dei. Magis timemus illam solam, dicebant, quam totum simul paradisum; Siquidem experimur, unicuique oris vel cordis ipsius suspirium ad Deum emissum, magis excitare posse illius misericordiam, quam omnes Sanctorum, Angelorumque simul orationes.

Ipsa devastat totum nostrum imperium, ipsa demolitur omnia nostra consilia, & absque illa habemus millionum milliones animarum, quas lucraremur, quasque ipsa nostris eripit manibus potenti suâ intercessione. Si devotionem erga ipsam ita reddere possemus despiciabilem, ut nemo amplius confugeret ad illam, omninò fortissimi evaderemus; sed hoc nunquam assequemur; potius namque accidit contrarium, quando magis enim oppugnamus illam, tanto magis augetur; omnes inplorant ipsam, persuasi, quod suam obtinere non possint salutem, nisi per eam, quæ dedit illis Salvatorem; Et ipsa quoque omnes adjuvat peccatores, quia attendit, ex illorum occasione, exaltatam se esse ad dignitatem Matris Dei.

Filius ejus omnem potestatem habet apud DEUM Patrem suum, ipsa omnem potestatem habet apud suum Filium; Et peccatores magnam potestatem habent apud ipsam, quam dum absque intermissione inplorant, nunquam dimittuntur, quin rogata obtineant;

Dæmones
in inferno
nihil irati-
onem, sicut
SS. Virgi-
nem.

1. Bern-
hardus
quod

vincant; Siquidem ipsa impetrat illis gratias, quæ impediunt, ne in peccatis moriantur; Et potissimum in instanti mortis potentes suas congreginat intercessionem, quibus tantum efficit, ut veræ conversionis ipsas gratiam assequatur; unde, cum confiteantur cum dolore, & absolutionis à peccatis obtineant beneficium, amittimus ipsos. Sic valde parum expectandum nobis restat ex ijs, quos revocat illa; & raro vel unicus perditur, qui ipsi est devotus. Tale est invincibile robur veritatis, ut testimonium sibi comparet, non solum ab amicis, sed etiam inimicis suis; ita ut cælum & terra, ac infernus ipse convenient ad publicandam gloriam, magnificentiam, & potentiam Sanctissimæ Virginis.

Bernardus
serm. de a-
quaductu.

Concludam hanc Consultationem verbis valde consolatorijs & excitatorijs devoti Patris, Sancti Bernardi: *Ad Patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad solam fugiebas: JESUM tibi dedit Mediatorem. Quid non apud ta-*

lem Patrem talis Filius obtineat? Exaudietur utique pro reverentiâ suâ; Pater enim diligit Filium. An verò trepidas & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua, tentatus per omnia, absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem MARIA dedit. Sed forsitan & in ipso Majestatem vereare divinam, quod licet factus sit Homo, manserit tamen Deus. Advocatum habere vis & ad ipsum? ad MARIAM accurre; pura siquidem humanitas in MARIA; nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reverentiâ suâ; exaudiet utique Matrem Filius, & exaudiet Filium Pater? Quid enim? potestne Filius repellere, aut sustinere repulsam? *Non audire, & non audiri Filius potest? Neutrum plane. O quanta certitudo & securitas pro ijs, qui fideles se servos exhibent tam potentis, tamque Clementis Domina!*

